



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

58. An Capitulum Sede vacante possit privare clericos beneficiis, quorum collatio ad Episcopum pertinebat? Ex p. 8. tr. 4. res. 40.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

6. Propterea probabilis existimo, non posse Capitulum resignationes recipere, propter rationes in contrarium adductas.

7. Unde ex his omnibus existimat Merolla non posse Capitulum, Sede Vacante, dictas resignationes recipere.

8. Nota etiam hic obiter, non posse etiam Capitulum presentare ab beneficio ipsius patronatus Episcopo competentis. Ita Merolla loco citato, *dub.* 12. per totum.

RESOL. LV.

An prater casus supradictos possit aliquando Capitulum Sede Vacante conferre beneficia? Ex p. 9. r. 4. Ref. 3. c.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue cum Rodriguez in *Summa tom. 1. cap. 71. num. 13.* vbi sic ait. *El Cabildo Sede Vacante puede proveer los beneficios, cuya colacion es a cuenta del Obispo, y del Cabildo, pues segun derecho, y saltando uno, el otro sucede en este caso en su lugar, y lo mismo es quando el Obispo tuviere autoridad de presentar, o elegir, perteneciendo a entrambos juntamente la dicha presentacion, y eleccion, como lo tiene Lupo, y Gemin. Franco, Lambertino. Lo qual se entiende quando el Obispo y Cabildo tiene igual derecho, como lo nota Geminiano, y lo explica Felipo Probo. Y conforme a esta doctrina prueua Navarro, que los que tienen que la prouision del penitencionario, en las Iglesias Cathedrales conforme al Concilio Tridentino, pertenece al Obispo sin consentimiento, o consejo de Cabildo, no es del Cabildo Sede Vacante. Empero que conforme a la opinion de los que tienen que pertenece al Obispo y al Cabildo, juntamente, pertenecerá tambien al dicho Cabildo, y perteneciendo la dicha prouision al Obispo con consentimiento, o consejo del Cabildo, tambien el dicho Cabildo Sede Vacante se puede meter en ella. Sic ille.*

Sup. sequen-
tibus in hoc
§. Supra in
Ref. 47. per
totam.

RESOL. LVI.

An Capitulum Sede Vacante possit vnire beneficia? Ex p. 8. tract. 4. Ref. 3. 1.

§. 1. **N**egatiue sententia adheret Azorius *pa. 2. lib. 3. cap. 38. questio. 9.* vbi ita asserit. *Quaritur, an Capitulum vnire beneficia queat? Rebuff. num. 100. tit. de deuolut. affirmat posse vnire in iis casibus, in quibus possit Episcopus, dummodo per vnionem nihil iuri Episcopali detrahatur. Et citat Cardinalem, & Imolam in Clem. 1. de statu Monachor. Petrum Perusinum in tractat. de vnion. Ecclesiarum, cap. 4. & Felinum in cap. cum olim ad finem de maiorit. & obed. idem sentit Lupo cap. 1. de maior. & obed. Sed Panvin. part. 2. quest. 3. num. 17. videtur negare id posse Capitulum, quia per vnionem beneficium, quod vnitur alteri supprimitur, vel extinguitur, vel alienatur; at Capitulum suppressum, vel extinguere, vel alienare beneficium non potest, & ita dicendum est, nam per vnionem beneficiorum minueretur potestas Episcopi, is enim vnus tantum beneficij conferendi ius haberet, cum ante vnionem haberet potestatem duorum beneficiorum. Ceterum supradicti Auctores tantum loquantur de vnione, per quam beneficia vnita manent equaliter principalia; loquuntur enim de vnione, per quam nihil iuri Episcopali detrahatur, at si beneficium vnitum alteri supprimeretur, vel alie-*

naretur, aliquid videretur esse iuri Episcopali detractum. Hucusque Azorius; & hanc sententiam tenet Merolla *tom. 3. disputat. 7. capit. 7. dub. 14. num. 147.*

2. Sed communiter asserunt posse Capitulum Sede Vacante, facere vniones beneficiorum, quas potest Episcopus. Ratio fundamentalis huius sententia est, quia Capitulum succedit in tota iurisdictione Episcopi, exceptis casibus in iure expressis. At vnire beneficia, est actus iurisdictionis, & nulli reperitur hoc prohibitum Capitulo; ergo, &c. Hanc sententiam sustinent Caccialup. in tract. de vnion. art. 3. quest. 6. num. 19. Petr. de Vbald. cod. tract. cap. 5. num. 26. Rebuff. in praxi tit. de vnion. benefic. num. 36. Hoieda de incompat. benefic. 2. part. cap. 3. num. 7. vers. Similiter Capitulum. Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. numer. 67. Marc. Anton. Gemens. in praxi Archiep. cap. 85. num. 25. in 1. edit. Prosp. de August. in addit. ad sum. Bullar. Quarant. verb. Capitulum, quest. 9. vers. Qua conclusio; Azor. sibi contrarius *tom. 2. lib. 6. cap. 29. quest. 9.* & alij, quos citat & sequitur Sanchez in *Summa tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 155.*

3. Quod si dicas Capitulum, Sede Vacante, non potest conferre beneficia; ergo nec vnire; probatur consequentia; quia duo beneficia vnire nequit, nisi vnum conferat ei Ecclesie, cui vnit.

4. Respondent Azor, & Sanchez, negando consequentiam, quia beneficium nondum vacans, conferri nequit, cum tamen vniri possit, *Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. Item, non est idem iuris de conferendo, quod de vniendo; quia conferre, est voluntatis, & libertatis; vnire vero, est necessitatis, nam vnio fieri non potest, nisi ob Ecclesie necessitatem, vel vtilitatem. Necessitas est, v. g. quando Ecclesia, cui vnio faciendae est, caret sufficientibus redditibus ad alendum ministrum; vtilitas vero vt quando propter fructuum tenuitatem, non inueniuntur Clerici idonei ad deferendum; hac omnia habentur in c. exposuisti. de prob.*

Vide Rodriguez in *summa tom. 1. capit. 71. numer. 16.*

RESOL. LVII.

An Capitulum Sede Vacante possit commendare beneficia ad tempus? Et an hoc intelligatur de beneficiis simplicibus tantum, non autem curatis? Ex part. 8. tractat. 4. Refol. 32.

§. 1. **A**D hoc dubium sic respondet Azorius *part. 2. lib. 3. cap. 38. quest. 8.* Quaritur, an Capitulum commendare queat Ecclesias, siue beneficia? Potest, ad tempus videlicet, non in perpetuum, donec idoneus beneficiarius detur, sic Panor. mit. in cap. cum olim, de maior. & obed. Innoc. in cap. illa, de Sede Vacante. Ancharan. & Ioan. And. in cap. 1. cod. tit. in 6. Rebuff. in praxi beneficior. tit. de deuolut. num. 77. Ita Azorius, sed eius doctrina intelligenda est de beneficiis simplicibus, non autem curatis, vt declarauit Sacra Congregatio, teste Garcia de benefic. tom. 1. part. 5. cap. 7. numer. 8. & Navarro in *summa Bull. tom. 2. titul. de Capituli. num. 88.*

RESOL. LVIII.

An Capitulum Sede Vacante possit priuare Clericos beneficiis?

beneficij, quorum collatio ad Episcopum pertinet ?
Ex p. 8. tr. 4. Ref. 40.

Affirmativam sententiam docet Baunius in
Theol. mor. tract. 1.1. quæst. 25.

Primo, quia castigare scelera, & ordinariis est
communis, propriæque Provincia: at Capitulum,
Sede Vacante, potestatem habet ordinarij, *Extra-*
ordinarij, Excelesiasticis, §. caverum, de præbend. ergo &
precedendi vitia: plebuntur autem, cum eorum au-
thor fortius evertitur ac bonis, est id ergo Capitu-
lo facere licitum, cum quid est à reo admittum,
quod ea pena sit dignum.

Secundo, si esset Episcopus adhuc superstes,
haud dubie concubinatum recti indocilem, vitæque
turpem, ac eius similes, generis humani certa pro-
bra, gradu movere posset, cum præstet Ecclesiam
carere labe, quam ministros impios habere; sed ab
Episcopo fatis functo, transit eius omnis authoritas
communis & ordinaria, in Canonicorum cœtum,
sive Capitulum, *cum olim, de majoritate & obedienti-*
Panvinius tractat. de potest. Capituli, Sede Vacan-
te, part. 1. Flaminius de resignat. lib. 7. quæst. 23.
num. 21.

Obiicit, eiusdem est destituere, cuius & con-
ferre: at beneficium debet à solo Episcopo conferri,
vt supponitur, non à Capitulo; ergo & ab illo, non
istud indigno tolli.

Major est vera, cum omnia sunt paria, quod
hic non accidit, cum publica utilitas, dignitalque
Ecclesie exigat, Clericum, cuius impuri sunt mo-
res, vt putre festinque membrum, rescindi de Ec-
clesia, quare cum Capitulo, Vacante Sede, per-
missa sint omnia, quæ jurisdictionis sunt necessariæ,
vt dictum est antea, nec ferri possit, ac debeat, quod
in perniciem grassatur innocentium, cuiusmodi est
infirmis culpa, quæ infirmis peccandi est causa, cre-
derem Capitulo tum permissum esse, concubinatum
civitati notum, aut quemlibet alium, ei vita non dis-
similem, private magistratu, quem in Ecclesia gerit,
quemadmodum & beneficia, quorum collatio
ad Episcopum pertinet, digno demandare, cum
res temporæque videntur; quia in his quæ iusta sunt
ac necessaria, succedit Episcopo Capitulo, sed est
concubinarij submotio rejectioque à gradu honoris,
quo in Ecclesia fruitur ad istius, Deique gloriam, &
bonum fidelium, necessaria non tantum, sed & iusta
nocentis pœna, ita & collatio magistratij quod obit,
alteri facta, cuiusmodi est, quæ ad creati Episcopi tem-
pora non possit differri, ne ea prerogatio infanti
noceat. Ita Baunius.

RESOL. LIX.

An ea omnia, quæ dicta sunt de Episcopis ad im-
ponendas penas, multas pecuniarias Clericis, & lai-
cis in delictis misti fore, vel pro dispensationibus,
aut commutationibus, procedant in Capitulo Se-
de Vacante, & eius Vicario, ita vt in quocumque
casu, & casu semper sint applicanda locis
piis?

Et an prædicta applicatio statim fieri possit à Vicario
Capituli? Ex p. 10. tr. 8. Ref. 10.

Et tandem ad complementum materiæ di-
cendum est, id quod diximus de obliga-
tionibus applicandis pœnas, & multas pec-
uniarias locis piis, idem dicendum esse de Capitulo
Sede Vacante, & eius Vicario; vt individualiter
docet novissimè Paulus Squillante de obligationibus,
& Privilegijs Episcoporum, p. 1. cap. 28. n. 9. vbi sic

ait: Dubitatur an Sede Episcopali Vacante, pœna
pecuniaria debeant etiam locis piis applicari. Et
esse applicandas locis piis tradunt. Prosper de Au-
gust. Genueus, & Merolla; qui fatentur, quod applicatio
prædicta, statim fieri poterit à Vicario Capitu-
li iuxta *disp. Sac. Concilij Trident. sess. 25. cap. 3. de*
reform. & fuit pluries observatum in Curia Archie-
piscopali Neapolitana. Ita ille; vbi ait quoque quod sic,
ibidem, est inveterata consuetudo pro criminibus
dignis compositione, compositiones facere, cum Episcopi
Iurisdictione Sede Vacante ad Capitulum de-
volvatur, *c. unico, & ibi Glossa, de majorit. & obe-*
dient. taliter, quod sicut Episcopo compositiones fa-
cere, ita nec etiam, id poterit denegari Capitulo, Sede
Vacante, quod quovisq; durat Sedes Vacans repræ-
sentat Episcopum, & agit quæ Episcopus facere po-
terat. Et idem Squillante paulo infra num. 12. sic
etiam ait: Nominem autem emolumentorum intelli-
gitur pœna imposita Inobedientibus, ratione con-
tumaciæ, & id etiam quod petiitur ratione decre-
ti, quod interponitur, intelliguntur etiam composi-
tiones, & pœna pecuniaria. Quamvis emolumenta,
quæ proveniunt ex pœnis pecuniariis sint applicanda
locis piis, iuxta *dispos. S. C. T. sess. 25. c. 3.* vt dictum
est; & hanc sententiam tenet etiam Episcopus Ric-
cius tom. 2. decis. 289. *por totam*, Genueus in *praxi*
Archiep. c. 69. num. 4. Prosper de Augustino in *Addit.*
ad Quarantiam, verb. Capitulum, vers. Prædicta restrin-
go, quibus adde Merollam tom. 3. *disp. 7. c. 7. dub. 1. n.*
21. in fine assentem, emolumenta, quæ proveniunt
ex pœnis pecuniariis, tempore quo vacat Sedes Episcopi
esse applicanda locis piis, iuxta dispositio-
nem Concilij Tridentini; quæ applicatio potest
fieri statim à Vicario Capituli: Et hæc dicta suffi-
cient circa præsentem quæstionem, quæ omnia pro
veritate scripti.

RESOL. LX.

An Capitulum Sede Vacante teneatur solvere debita
Episcopi defuncti ex fructibus Episcopatus?
Et docetur Capitulum Sede Vacante teneri elemosinas
impertiri, ad quas Episcopus teneatur. Ex p. 8. tr. 4.
Ref. 74.

Ad hanc quæstionem satis practicabilem,
affirmativè respondet Themudo tom. 1.
decis. 48 num. 6. & seg. ait enim, certum esse Capitu-
lum Sede Vacante esse administratorem rerum
Episcopatus, & primo loco teneri solvere debita Episcopi
defuncti ex redditibus Episcopatus, residuum-
que futuro Episcopo custodire, *quia sape, de elect. lib.*
6. c. presentij 9. de officio Ord. eodem lib. 6. & ibi gloss.
verb. solutus debitis. Quarant. in *summ. Bull. verb.*
Cap. Sede vac. prædicta, Azeyed. recop. l. 1. tit. 2. in
lege 6. à num. 4. & 19. Barbof. de potest. Episcopi,
allegat. 114. num. 8. Zerol. verbo beneficia, vers. ad 6.
Boer. dist. 340. Gama decis. 13. n. 3. & 4. & dist. 340.
num. 2. Cardof. verb. bona num. 29. Fulc. de visitat. l.
2. c. 7. n. 9. optimum Concilium Ecclesiasticum Cald.
Garc. de benefic. 2. dq. part. cap. 1. à num. 89. Thefaur.
dist. 143.

Capitulum namque succedit Episcopo in om-
nibus ac si viveret exceptis reservatis. Quarant. *verb.*
Cap. Sed. vac. in princ. & alibi latius diximus; cum er-
go succedat Episcopo, tenetur solvere salarium quod
debetur Episcopo pro regimine vsque ad tempus (stat)
Speculator lib. 1. tit. de actore §. 1. num. 64. & l. 2. tit. de
fruct. & interef. §. 1. n. 15. & lib. 4. tit. de stat. Monach.
num. 64. Bart. in l. divorzio, in iur. ff. solut. Mari-
monio; & ratio est, quia fructus sunt accessorii
beneficio,

tract. 4. &
omnes quæ-
stiones eius
pro Capitu-
lo Sede Va-
cante appli-
ca.

LA N A E
M N I A
D. III. IV. V
E. III